Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

potius q̃ de futurus: Loquutus est igitur de ihesu filio dei: ut ostenderet
eum primo in humilitate & carne venturum: Hec est n. uestis sordida: ut
pararet templum deo. Et sicut tuo igni ambureretur. i. ab hominibus crucia
menta perferret & ad ultimum extingueretur: Titionem n. uulgus appellat
extractum foco torrem semiustum extinctum: Quomodo autem & cũ quibo
mandatis a deo mitteretur in terram declarauit spiritus dei per prophetam do
cens futurum: ut cum voluntatem suam patris fideliter & constanter impleu
set. acciperet iudicium atq; impium sempiternum: Si in meis uiis meis
ambulaueris inquit. & precepta mea seruaueris: tu iudicabis domũ meam:
que fuerint uie domini & que precepta eius: nec ambiguum nec obscurum
est: Deus autem cum videret malitiam & falsorum deorũ cultus per orbẽ
terre ita inualuisse: ut iam nomen eius ex hominũ memoria fuisset pe
ne sublatum: ut siquidem iudei quoq; quibus solis arcanum dei creditum
fuerat: relicto deo uno ad colenda figmenta irretiti demonũ fraudibus aber
rassent: nec merepiti per pphas reuerti ad dominũ uellent: filium suum
principem angelorũ legauit ad homines: ut eos comitem & ab impius & ui
nis cultibus: ad agnoscendum & colendum deum deum verum. Item ut eo
rum mentes a stulticia ad sapientiam. ab iniquitate ad iustitie opera tra
duceret: He sunt uie domini dei in quibus eum ambulare precepit: hec
precepta: que seruanda precepit: mandauit. Ille vero exhibuit deo fidem:
Docuit n. q deus unus sit: eumq; coli oportere: ne umq̃ seipm deum dix
Qua non seruassent fidem. si in illius tollere & unũ asseroret: inducẽ alũ
preter unũ: hoc erat non de uno deo facere peonium. nec eius: qui miserat:
sed suum proprium negotium gerere a se. ab ipso eo: quem illustraturus ve
nerat: separaret: propterea: quia tam fidelis extitit: Qua sibi nihil prorsus
assumpsit: ut mandata mittentis impleret: & sacdotis ppetui dignitatem
ac regis suum honorem & iudicis ptãtem. & dei nomen accepit:-

Quoniam de secunda natiuitate diximus: qua se hoibus i carne
monstrauit: Veniamus ad opera illa miranda per que cũ essent
ea celestis iudicia virtutis magnũ iudei putauerunt: Cum
primum cepit adolescere: tuctus est ab Johanne pphta in Jordane flumine:
ut lauacro spiritali peccata non sua: que utiq; non habebat. sed carnis:
quam gerebat: aboleret: ut quemadm iudeos suscepti circũcisione: sic
& gentes baptismo. i. purificationis ablutione saluaret: Tum vox de celo au
dita est: filius meus es tu: ego hodie genui te: Que vox apud dauid pre
dicta inuenitur: Et descendit super eum spiritus dei formatus in specie co
lumbe candide: Exinde cepit multas uirtutes facere non prestigiis magicis

Qd ob causam deus filiũ suum misit.

Vie dei.

Cap. XV.